

A. M. D. G.

COETUS PATROLOGORUM POLONORUM UNIVERSUS
OMNIBUS HASCE LITTERAS VISURIS SALUTEM

QUUM ADMODUM REVERENDUS IN CHRISTO PATER ET DOMINUS,
DOMINUS BASILIUS, IN SAECULO REMIGIUS STEPHANUS, DEGÓRSKI,
IN THEOLOGIA ET SCIENTIIS PATRISTICIS DOCTOR,
SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR HABILITATUS,
SCIENTIARUM THEOLOGICARUM PROFESSOR ORDINARIUS,

QUI PONTIFICIAE STUDIORUM UNIVERSITATIS A SANCTO THOMA AQUINA-
TE IN URBE SITAE AB ANNO MILLESIMO NONGENTESIMO NONAGESIMO
PROFESSOR PATROLOGIAM ET THEOLOGIAM DOGMATICAM ANTIQUITA-
TIS CHRISTIANAE APUD EIUSDEM ATHENAEI ANGELICI FACULTATEM THE-
OLOGICAM USQUE ADHUC STRENUE DOCET,
QUI ETIAM APUD PONTIFICIAM FACULTATEM THEOLOGICAM TERESIANUM
DICTAM EADEMQUE IN URBE CONSTITUTAM PATROLOGIAE ET ANTHROPO-
LOGIAE PATRISTICAE PROFESSORIS MUNUS DUODEVIGINTI ANNOS LAU-
DABILITER EXPLEBAT,
QUI DIVI EUSEBII HIERONYMI STRIDONENSIS OPERUM INDAGATOR ET
EDITOR EXSTITIT,
QUI VIR ERUDITISSIMUS, MULTARUM LINGUARUM PERITUS, PLURIMOS
LIBROS ET ARTICULOS SUMMA CUM INDUSTRIA CONFECIT,
QUI VARIARUM COMMISSIONUM ET CONSILIORUM SCIENTIFICORUM SO-
CIUS ASSIDUE LABORAT,
QUI ORDINIS SANCTI PAULI PRIMI EREMITAE PROFESSUS VITAM RELIGIO-
SAM OBSERVANTISSIME AC PIISIME DUCIT,
QUI EIUSDEM ORDINIS PROCURATORIS GENERALIS OFFICIUM APUD SANC-
TAM SEDEM MULTOS PER ANNOS DILIGENTER SERVAT,
QUI INTER VARIA QUIBUS INTERFUIT PATROLOGORUM INCEPTA ALIQUOT
ETIAM FASCICULOS HUIUSCE PERIODICI NOSTRI EXCUDENDOS CURAVIT

QUATTUORDECIM VITAE SUAE LUSTRA FELICITER PARAGAT

PIE GRATULANTUR
ATQUE UT SANCTI PAULI PRIMI EREMITAE FULTUS AUXILIIS
VALEAT VIGEATQUE
IN MULTOS ANNOS ET PRAECLARA PATROLOGIAE STUDIA
DIU ADORNARE PERGAT
EX ANIMO OPTANT
AMICI COLLEGAE DISCIPULI

DATUM LUBLINI, DIE XV MENSIS SEPTEMBRIS ANNO DOMINI MMXXV

Concinnavit exaravitque Thaddaeus Gacia